DON NICOLAI INTRIGLIOLI

PATRICII CATINENSIS,

IVRISCONSVLTI

CONSVMMATISSIMI,

IN ALMO PATRIAE SVAE GYMNASIO VESPERTINIS
Horis, maximo omnium applauſu iura ciuilia publicè interpretantis,

BIS IVDICIS MAGNAE REGIAE CVRIAE,
Regijque optimè meriti conſiliarij,

ET IN EADEM MAGNA CVRIA ADVOCATI,
& conſultoris integerrimi.

DE SVBSTITVTIONIBVS TRACTATVS,

OMNIVM DIFFICILISSIMVS, ET INGENIOSISSIMVS,

IN TRES DIVISVS CENTVRIAS,

CVM ARGVMENTIS, SVMMARIIS, NVMERIS,
& Indice materiarum locupletiſſimo,

QVIBVS VBIQVE MAGIS DOCTORVM RECEPTAE
ſententiæ hoc * aſteriſco annotantur.

AD PHILIPPVM III.

HYSPANIARVM REGEM CATHOLICVM,
omnium maximum, & Potentiſsimum dicatus.



Num. 48.
Num. 87.
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

PANORMI, APVD IOANNEM ANTONIVM DE FRANCISCIS.
M. D. XCIX.

PHILIPPO III. AVSTRIO,
HISPANIARVM REGI
CATHOLICO,
OMNIVM MAXIMO,
& potentiſsimo.

SOLENT (inuictiſſime Rex) Regnorum fideliores, quantùm eorum vires pati valeant,
nouos Reges plerumquè multiplici munere donare. Vndè huiuſmodi deſiderio, & amo
re flagrans, illis me me inſerere volui; non tamen, vt honore, & gloria, quaſi de te bene-
meritus, præcæteris in mundo, tumeſcam, Sed vt quantùm Maeſtati tuæ debeo, clariùs
eluceſcat; Vtquè id ſit pignus æternum, quod nec tempus, nec inuidia vitiare poſſet, nō
aurum, non gemmas (cum incredibili apud mortales opulentia redundes,) quibus Phrigium, Lidiū-
què Regem, & quotquot largiſſimis diuitiarum copijs, vetuſtas celebrarit, & ſi quos noſtra tempeſta-
te tale nomen in vtroquè hemiſpherio, merent, excellis: At quam nuper ſub tui nominis Clypeo im-
preſſam ad te dedi, ſubſtitutionum ſcilicèt materiam, tribus centurijs abſolutam, dedicare decreui.
Hanc igitur materiem in tota legali ſcientia difficiliſſimam, ceu tu omnium principum hunc mundū
inferiorem incolentium potentiſſimus, tantoquè patre genitus, quantùm Sol numquàm viderit, tibi
dicatam ſerena fronte excipias: Cum autem tui Inuictiſſimi Patris æterna memoria, ita me dùm
erat in humanis reſpexerit, vt mea ſeruitia, quamuis minima maioribus gratijs rependere dignatus
ſit, ne igitur ea ſeruitiis, quam apud eum exercui, aliquo temporis internallo intercepta euaneſcat,
apud te mea prona voluntas protrahere inclinat, à quo non minores, ſed æquales, & maiores gratias
expecto, Interdum Deus Optimus Maximus Sacratiſſimæ Maeſtati tuæ ampliſſimam Sobolem, & Ne
ſtoreos annos concedat. E tuo fœliciſſimo Panormo 25. Ianuarij 1599.

S. C. R. M.

T. S. C. R. M.

Humiliſſimus, & obſequentiſſimus Cliens.

Don Nicolaus Intrigliolus.

DON NICOLAI INTRIGLIOLI PATRITII CATINENSIS IVRISCONSVLTI CONSVMATISSIMI

DE SVBSTITVTIONIBVS Centuria Prima.

ARGVMENTVM.

Operis Comendatio.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionis materia eſt ſubtilis, quotidiana, & lucroſa, nu. 1.*
2 *Bald. conſulendo circa materiam ſubſtitutionũ, lucrat⁹ fuit vltra quindecim mille ducatos, n. 2.*
3 *Subſtitutionum materia habetur, vti mare Anglicum, nu. 3.*
4 *Anglicum mare dicitur ſine fundo, nu. 4.*
5 *Operis partitio, nu 5.*
6 *Vulgaris, & pupillaris ſubſtitutio dicitur ſtipes principalis, primitiua, & Cardinalis aliarum ſuſtitutionum, nu. 6.*

PRAEFATIO.

1 MATERIA † ſubſtitutionũ (quam interpretaturi fauente Domino accepimus) eſt ſubtilis, quotidiana, & lucroſa, vt exorditur Craſſ. in §. ſubſtitutio, Iaſ. Angel. Cuma. Alex. & Alber. in rub. ff. de vul. & pupill. ſubſt. Bald. in tract. de ſubſtit. in prin. Cagno. in l. præcibus num. 1. C. de impub. & alijs ſubſt. Socc. Iun. in l. centurio in prin. ff. eod. Paul. Leon. in tract. ſubſt. in prin. Caualcc. deciſ. 81. nu. 21. par. 3. Neuizz. conſil. 53. ſub nume. 1. vbi ſubijcit, Baldum circa † eam conſulendo, lucratum fuiſſe vltra quindecim mille ducatos, Gugl. Bened. in cap. Raynutius par. 2. verſi. adijciens vt Alterocha n. 7. extra de teſtam. vbi etiam ſcriptum reliquit, in iure
3 noſtro haberi, vti † mare Anglicum, quod
4 dicitur † ſine fundo, Anton. Guibert. in ſuis quæſt. iuris memorab. cap. 7. nu. 9. Boer. q.
5 38. num. 1. par. 1. Eamque † tribus centurijs abſoluam; tractabo enim in prima, poſt aliqua generalia ipſarum, materiam Vulga-
6 ris, & Pupillaris, vti † ſtipitum principalium primitiuorum, & Cardinalium aliarum ſubſtitutionũ, ſecundũ Bal. in l. humanitatis nu. 39. ver. ex his C. de impub. & alijs ſubſt. & in l. quidã eulogio C. de iure delib. Socc. Iun. in l. cẽturio n. 2 ff. de vul. & pup. ſubſt. Iaſ. in rub. ff. eod. n. 4. Gug. Bened. in c. Raynuntius par. 2. verſ. ſi abſquè liberis el 2. in materia pupillaris ſubſtitutionis n. 1. extra de teſtam. In ſecunda, materiã Exemplaris Reciprocæ, ſeu Breuiloquæ, & Directę militaris. In tertia, & vltima, materiã Compendioſæ, & Fideicommiſſarię.

ARGVMENTVM.

Quid eſt ſubſtitutio in genere ſumpta?

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio accipitur vti genus, & species, nu. 1*
2 *Subſtitutio generice ſumpta, dicitur in alterius locum repoſitio, nu. 2.*

QVAESTIO PRIMA.

1 QVIA † Subſtitutionis nomen accipitur vti genus, & ſpecies, vt ſcriptũ reliquit Craſſ. in §. ſubſtitutio q. 1. Cagno. in l. præcibus nu. 2. C. de impub. & aliis ſubſt. Curt. in ead. rub. col. 2. Emil. Feret. in rub. ff. eod. n. 2. Ideò ante omnia (ſcias beneuole lector) ꝙ ſubſtitutio vti † genus dicitur
2 in alterius locũ repoſitio, Craſſ. in d. §. ſubſtitutio in prin. p §. in pecudũ ver. ſed ſi gregis, & tex. ibi ſubſtituere inſtit. de rer. diuiſio. Socc. Iun. in l. cẽturio ff. de vul. & pup. ſubſt.

ARGVMENTVM.

Quid eſt ſubſtitutio in ſpecie ſumpta?

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio in ſpecie ſumpta variè à Doctoribus diffinitur, nu. 1.*

DON NICOLAI INTRIGLIOLI PATRITII CATINENSIS IVRISCONSVLTI CONSVMMATISSIMI

DE SVBSTITVTIONIBVS CENTVRIA SECVNDA.

AD PHILIPPVM III.

HISPANIARVM REGEM CATHOLICVM, Omnium Maximum, ac Potentiſsimum, etiam dicata.

ARGVMENTVM.

Quid eſt exemplaris ſubſtitutio?

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris ſubſtitutio quid eſt, nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

2 *Exemplaris, eſt ſubſtitutio directa, qua teſtator prouidet filio ſuo de hærede, caſu quo ſibimet propter defectũ mentis, vel corporis, prouidere non poterit, nu. 2.*

3 *Exemplaris, eſt illa, quæ fit ad exemplum pupillaris, cuius perſona non valentis iure teſtari, veluti ſi fiat furioſo perpetuò, muto, prodigo, cui bonis interdictum eſt, num. 3.*

4 *Exemplaris, eſt teſtamentum, quod fit à parente pro liberis, carentibus ea factione cauſa furoris, aut ſimilis morbi, ſeu vitij, num. 4.*

5 *Exemplaris, eſt illa, quæ fit furioſis, vel mente captis, nu. 5.*

6 *Exemplaris, eſt ſubſtitutio, quæ à parentibus, liberis mente captis fit, de filijs, aut fratribus, vel de alio quolibet, illis non exiſtentibus, nu. 6.*

7 *Exemplaris, eſt ſubſtitutio directa, per quã ad exemplum pupillaris prouidetur ei, qui non propter ætatem, ſed mentis defectum ſibi prouidere non poteſt, vt ſic per illam hæredem habeat, num. 7.*

8 *Exemplaris, eſt ſubſtitutio directa, ab aliquo ex parentibus facta libero eius, patienti mentis exilium, de perſona ei veri ſimiliter ab inteſtato ſucceſſura, vt eam habeant ex teſtamento, num. 8.*

9 *Exemplaris, eſt ſecũda inſtitutio, quam ex parentibus alter liberis propter defectũ naturalem teſtari impeditis, facit, eiſdem perſonam ab inteſtato ſucceſſibiliorem, prius ſubſtituendo, vt illis non tantum ſibi ſuccedatur, ſi antè reſipiſcentiam deceſſerint, num. 9.*

10 *Exẽplaris, eſt ſubſtitutio directa, per quã licet parentibus furioſis, mente captis, mutis, prodigis, ſurdis, puberibus liberis hæredẽ ſcribere ex legis præſcripto, qui, quemadmodum ſubſtitutus pupillariter poſſit, etiã bona propria filij ſine controuerſia inofficioſi ex ea inſtitutione capere, numer. 10.*

11 *Exemplaris, eſt illa, quæ fit à parentibus, liberis, qui propter infirmitatem mentis, vel ob aliud vitiũ accidentale teſtari nequeunt, ad exemplum pupillaris, nu. 11.*

QVAESTIO PRIMA.

1 QVID eſt exemplaris ſubſtitutio? Reſp. cũ Sfor. Odd. in prælud. compend. par. 4. queſt. 1. n. 1. eſſe ſubſtitutionẽ directã, qua teſtator prouidet filio ſuo

 de hæ-